



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 863. An & qualiter ejecti in perpetuum maneant obstricti suis  
votis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

ejectionem habuerunt, ita tenet cum Suat. l.c. tr. 8. c. 5. n. 17. Castrop. l.c. n. 7. contra Sanch. l.c. n. 33. cui inhæret Pirk. n. 204. cō quod, qui expellitur à religione, expellatur eō ipso ab omni gradu honoris religiosi, sitque hujusmodi gradus non ita professioni annexus, quin in pœnâ delicti tæpe professus eo privetur, & maximè ejectus eo privandus sit, tum in ejus humilitatem; tum in aliorum exemplum, quamvis contingere possit (ut Castrop. loco limitationis addit) talia edere penitentia signa ejetum, ut merito ad honoris gradum amissum restituī possit, præsertim, si spicet alios ejectos inde ad pœnitentiam, & redditum movendos.

*Quesit. 863. Utrum expulsus, dum non recipitur à suo ordine, possit aut tenetur ingredi aliam religionem?*

1. Resp. Primo: ejectus, qui post emendationem sui, & postquam, quantum ex parte sua est, fecit, ut recuperetur, receptionem ad ordinem, a quo ejjectus est, obtinere non potuit, aliam religionem ingredi non tenetur, sed potest securè in sœculo manere. Nav. comment. 2. de regul. n. 36. Azor. p. 1. inst. mor. L. 12. c. 16. q. 7. Rodriq. qq. regul. tom. 1. q. 30. a. 20. Less. l.c. n. 111. Sanch. l.c. n. 34. Suar. l.c. n. 20. Laym. L. 4. sum. tr. 5. c. 13. q. 5. Castrop. l.c. p. 22. n. 1. Barbol. in c. fin. b.t. n. 9. Molin. l.c. D. 140. vers. cūm ad votum Pirk. b.t. n. 204, ex ea ratione, quod vi professionis factæ, & statu assumpti obligatur solum ad permanendum in eodem, & nequaquam ad ingrediendum aliam religionem, casu quo in eo non permanenterit, aut ab eo ejjectus ad eundem regredi impediatur; quia emittens professionem non promisit religionem in genere, sed hanc solam, & nullam aliam pro quoquaque casu, contrarium tamen tenentibus S. Bonavent. in reg. S. Francisci l.c. q. 14. in fine. Cordub. in eadem reg. c. 2. q. 21. p. 3. S. Antonin. p. 3. tit. 3. c. 4. in fine.

2. Resp. Secundo: sed neque Prælatus ejectum tam cogere potest absolue ad ingrediendum religionem aliam in eaque profitendum; cūm professio in aliqua religione ob sui perfectionem debeat esse plenè voluntaria, seu libera; unde etiam licet invititus detrudi possit in monasterium ob delicta sua ad agendum in eo perpetuò pœnitentiam juxta c. quoniam de simon. non tamen cogi potest ad profitendum in illo, ita Nav. l.c. n. 71. Less. l.c. n. 14. Rodriq. l.c. q. 30. a. 22. Sanch. l.c. n. 42. Castrop. n. 2. Pirk. n. 206. Barbol. l.c. Wiestn. n. 159. Potest tamen justè ejiciendus sub disjunctione, vel conditione cogi ad aliam religionem ingrediendum, ita ut si conditionem accepterit, teneatur aliam ingredi, vel si non ingrediatur, aut ingressus tempore Novitiatus recedat, teneatur ad priorem redire, quippe non impletâ conditione, sub qua solum fuerat a priore absolutus, seu dimisius; quia sic non compellitur ad aliam religionem ingrediendum, sed datur ei optio, ut vel ad aliam religionem transeat, vel ad suam emendatus redeat. ita Pirk. l.c. cum Sanch. cit. n. 42. & 43. ad modum praxis in sociate usicata, ubi scholasticis juxta congreg. general. 7. Decretum. 18. §. 3. legitimâ causâ non allegata perentibus dimissionem ea concedi solet sub ea conditione, ut ad aliam religionem transeant, vel ad societatem redire teneantur. quin etiam sub disjunctione cogi potest ejjectus à superiori ad illum ingressum, ut vel subeat tristemes aut carceres perpetuos, dum ad illam pœnam justè damnandus, aut damnatus; cūm tunc ingressus ille non proponatur

ad onus, sed ut beneficium, quo ab illa justa pœna liberetur. Castrop. l.c. citatis Suat. ubi ante c. 5. n. 20. Sanch. cit. n. 42. & 93. Laym. l.c. q. 5.

3. Resp. Tertiò: potest tamen talis ejjectus, dum per eum non stat, quod minus recipiat ab ordine è quo ejjectus est; liberè sine petita vena à superiori, à quo ejjectus est, transire ad aliam religionem, etiam laxiorem. Nav. L. 3. cons. 78. b. 1. Rodriq. l.c. Sanch. l.c. n. 36. Pirk. n. 205. Wiestn. n. 161. Castrop. l.c. n. 3. cūm enim talis liberatus sit ab obedientia prioris Prælati, & observantiis regulantibus religionis, è qua ejjectus, potest absque ejus licentia, eoque etiam invito, manere in sœculo, multò magis sic ingredi potest aliam religionem, ut Sanch. n. 37. Addit tamen Castrop. non posse illum aliam religionem ingredi, quād quam non potuerit ingredi seclusa expulsione, nisi prius proprie religioni ostendat se pœnitentem, & emendatum, ut illi constet, per illum non stare, quod minus ad illum revertatur. quin etiam n. 4, talem recipi non posse in alia religione sine licentia sedis Apostolice, nisi provincialis vel generalis literas testimoniales defuerter deferat, ita tamen, ut propter earum defectum ingressus ille non sit nullus, ut ies ingressus alterius non ejecti, ut volunt Suar. & Rodriq. ab eo citati contra Sanch. n. 39. Sed solum sub obligatione pracepti, ut fiat modo conveniente, manifestato nimis superioribus statum ingredientis. Porro ut ejjectus transeat legitimè ad aliam religionem, debet post exactum in ea annuum probationis, annum in ea de novo profiteri, post quam professionem revocari amplius nequit à Prælato prioris sua religio; quia jam desit esse religiosus ejusdem superioris, posterioris religionis obstrictus. Pirk. n. 205. in fine. cum Sanch. l.c. n. 38.

*Quesit. 864. An & qualiter in perpetuam ejeci maneat obstricti votis.*

1. Resp. Ad primum: præter jam dicta de eosparsum in antecedentibus, ejjectus in perpetuum votis substantiis manere obstrictum; cūm ejjectio non sit absolute à votis, maneatque ejjectus virius religiosus, ex quo Prælatus inferior Papâ non potest facere non religiosum, cum communis tenent Azor. l.c. c. 16. q. 4. Less. l.c. n. 112. Sanch. l.c. n. 25. Mirand. tom. 1. q. 52. a. 5. Pelliz. tom. 1. tr. 8. c. 8. n. 29. Pirk. n. 196. Barbol. l.c. n. 10. citatis insuper plurimi aliis.

2. Resp. Ad secundum: quod attinet ad obstantiam, seu exercitum singulorum in particulari, primò certum est illum ad votum castitatis servandum eodem prorsus modo teneri, ac si ejjectus non esset; cūm enim materia hujus voti sit abstinentia à licito, & illicito concubitu, omnique actu venereo, & hæc non pendent ab hoc vel illo statu, integrè iam servanda in statu expulsione. Castrop. l.c. p. 23. n. 7. Secundò paupertas servanda juxta exigentiam statu, in quo talis ejjectus est constitutus. unde cūm status ille non exigat illum habere dominium, non potest appropriare sibi quicquam, seu tanquam proprium acquirere, aut possidere, quin & ne quidem usum fructum propriæ talis, utpote consistentem in jure, habere; sed solum usum & administrationem rerum ad victimum vestitum, & habitationem necessariarum, hunc usum & administrationem ei concedente religione expellente, vel potius Pontifice iure ipso, vel consuetudine inducta ei permittente, modò non sit usus pravus. ut Castrop. n. 3. Tertiò, quamvis obedientiæ execratio magna ex parte cesset respectu illorum; quia non habent superiori regu-

regularum, à quo de facto gubernentur; non tamen omnino ab obedientia prælati regularis eximuntur sed conseqüenter nec à voto illius suspensa illius obligatio ob defectum materiæ circa quam veretur ut molin. tom. 1. de just. d. 140. circa finem, Sanch. l. n. 29. & 31. Lefl. cit. c. 41, in fine. & alii apud Castrop. l. n. 3.) dum etiam inter cetera dicti prælati eis imperare poslunt ut redeant in quo iis obedi- re tenentur ad hæc universaliter parati esse debeant in omnibus illis obedi- re, si denuo recipientur & ita tenent Castrop. cit. p. 3. n. 5. Pirk. n. 189. Reif- fensit. b.t. n. 24.

*Quæst. 865. an & cui Episcopo & in qui-  
bus eius & iudebant obedientiam.*

1. Resp. ad primum: de eo, non ita convenit in-  
ter AA. Vi voti emisi in professione, seu sta-  
tus religiosi nullam eos debere obedientiam Episco-  
po loco prælati regularis sententiæ Molin. Lefl. Sanch.  
LL. paulo ante cit. Item Laym. cit. c. 13. n. 4. Pirk.  
l. Wiesn. n. 164. Reifensit. n. 241. Rodriq. l. q.  
30. a. 19. & alii communius contra Nav. comment.  
2. de regal. n. 35. resol. in prax. Episc. p. 2. V. regula-  
res §. 3. ex eo capite, quod non teneantur ad aliam  
obedientiam, nisi quam voverunt, non autem vove-  
runt eam extra religionem Episcopi: tenentur ni-  
hilominus ad generalem & eo modo exhibendam  
obedientiam Episcopo Diæcesis. ut aa. citati quin  
& tradit. Castrop. l. c. n. 8. ejectum, qui alia erat E-  
piscoporum subjectus, quia erat de religione non exem-  
pta à jurisdictione Episcopi, post expulsionem ma-  
nere sub speciali illius obedientia, ut possit ei præci-  
pere, quia necessaria sunt expulso juxta suum statum  
& modum vivendi extra religionem; cum expulso  
expulsum non rejicit à regimine prælati extrinseci,  
sed intrinseci religionis seu regularis. Idem Castrop.  
n. 5. dicit de illo ejecto, qui prius exemplus erat ab  
omni jurisdictione Episcop. eo quod is expulsione in  
eius jurisdictionem incidat, non tantum, quia non  
fruatur amplius privilegio religionis exempta; sed  
& quia, dum religiosus in professione sua vovet o-  
bedientiam intelligitur eam vovere prælati regulari-  
bus, dum ab iis regitur, Episcopis verò, dum à  
prælatorum regulatum regimine excluditur. quem  
vovendi modum dicit tum statui religioso, tum ex-  
pulso convenientiorem, ad hæc, quia negari nequit  
Episcopum regere & gubernare posse & debere o-  
mnes, quorundam in eis diæcesi existunt secundum sta-  
tum & conditionem illorum, ita ut hæc gubernatio  
non tantum ex jurisdictione Episcopali, sed ex voto  
obedientiæ ortum habeat atque ita Castrop. sentit  
cum Nav. & Zerola, quos pro se citat, uti & Suar.  
tom. 4. de religione tr. 6. l. 3. c. 6. n. 4. & seq. Quæ  
in hoc puncto dicta sunt de Episcopo, efficacius à  
Castrop. n. 5. probabant de summo pontifice, non  
tantum quatenus Ecclesia & omnium fidelium pa-  
stor est, sed etiam quatenus religiosorum omnium  
supremus prælatus est, cui quæ tali ex voto obedi-  
entia ii subsunt, quique proinde expulso præcipere  
potest, quæ religiosum in conditione expulsi-  
onis decent, isque ei obedire tenetur, hac obligatio-  
ne obediendi Papæ per expulsionem minimè sus-  
pensa, cumque illius suspensionis respectu pontificis  
nulla sit necessitas, actuali hoc regimine & dominio  
religiosi expulsi is privari non debeat.

2. Resp. ad secundum probabilius per Episco-  
pum, cui, si quæ præstanta obedientia, non intelli-  
gitur hic Episcopus originis, ut volunt nav. l. n. 3. 4.  
Barbos. l. c. n. 11, citatique ab eo Riccius in pr. aur.,  
resol. 185, per tot. Ugolin. de offic. Episc. c. 20.

§. 9. *infine.* Mirand. campan. &c. utpote, qui sit  
immunibilis & à voluntate ejeci independens, quia  
contingit sèpè religiosum expelli in loco remotissi-  
mo à loco sua originis, adeoque molestissimum ei  
esse hunc locum adire & illi Episcopo se præsentare.  
sed intelligitur Episcopus loci in quo commora-  
tur vel quia peregrinus, vel quia ibi domicilium fi-  
git ejectus Suar. l. l. 3. c. 6. n. 8. Castrop. cit. p. 23.  
n. 8. Ratio responsionis est; quia ut dictam Epi-  
scopum est superior omnium in diæcesi sua existenti-  
um non exemptorum, qualis non est amplius ejec-  
tus. quod ad ordines tamen suscipiendos subjectus  
est ejectus Episcopo originis non fecus ac alii Clerici  
seculares quin & Episcopo domicili & habitationis  
ita subjectus non est, quin absque illius consensu do-  
micum & habitationem mutare posse, non se-  
cusa calii clerici secularis; cum ex vi voti obe-  
dientia non privaverit se libertate faciendo hanc mu-  
tationem in statu expulsonis; Sed solùm dum in  
religione sub fuorum prælatorum regimine existit &  
vitam communem degit. Castrop. l. c. n. 8.

3. Resp. ad tertium: Si Episcopo non tantum  
ut alii clerici secularis, sed specialiter subjectus est  
ut religiosus ejectus, utpote cui suas vices in eo gu-  
bernando commissis censendus sit Papa ut Ca-  
strop. l. c. n. 5. tenebitur in iis illi obedire, quæ ad  
observantiam castitatis & paupertatis statui expulsi-  
onis accommodatae judicabunt moraliter necessaria,  
uti & in iis, quæ pro religiosi status decentia &  
honore in eo vitæ genere conservando requiruntur  
cum maneat religiosus, addeque eum vivendi mo-  
dum, qui statum religiosum non decent, servare  
obligatus. Unde si ludis, commissationibus se det  
cum scandalo, habitum honestum non portet, aliæ-  
que in status religiosi ignominiam perpetret, posse  
eum præcepto penitentia cogi ab Episcopo, sicut pos-  
set à prælato suo regulari puniri, dum esset intra re-  
ligionem tradit cum Suar. l. c. 6. n. 18. Castrop.  
l. c. n. 9.

*Quæst. 866. Utrum ejeci teneantur ad  
alia vota emissia in religione, aliasque  
austeritates & observantias regula-  
res, ad recitandum officium divi-  
num, deferendumque habitum reli-  
gionis.*

1. Resp. ad primum: juxta probabilem in per-  
petuum ejecos non teneri votis præter tria  
substantialia emissa in suo ordine, non quidem ex-  
tincta omnino eorum obligatione, sed suspensa,  
quam diu extra religionem sunt, ed quod talia vota  
religiosum non constituent, nec cum emissione tri-  
um vororum substantialium necessario connexa, &  
ita tenent AA. pro sequenti respons. citandi, & sic  
in specie Sanch. cit. c. 9. n. 56. cum Vega. in sum.  
tom. 2. c. 86. cas. 16. apud Barbos. l. c. n. 12, & quos  
sequitur Pirk. b.t. n. 200. *infine* resolvit. quartum  
votum in religione B. Marie de merced, vacandire-  
demptioni captivorum, uti & illud in ordine mini-  
morum S. Francisc. de paula. de quadragesimali je-  
junio tota anno & temper servando non obligare  
ejecos ex his ordinibus.

2. Resp. ad secundum: neque obligari ejec-  
tos ad servandas alias ordinis sui austeritates, pu-  
tage junia, delectum ciborum, vigilias, orationes,  
penitentias aliaque similia à regula sua religio-  
nis præscripta, etiam sub peccato gravi obli-  
gantia. Sanch. l. c. n. 50. citatique ab eo n.  
33. Aragon. Sayr. Sa. &c. Item Suar.  
l. c.